



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Antonius Sociro.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

pore, animo firmior. Nitebatur omni operâ Mahometanos inter & Hispanos amicitiam componere; quò viam aperiret, ad eos Christo sic addicendos. Hoc agentem adorti Mahometani, vulneribus ita confecere, vt tertio post die animam exhalârit.

P. Antonius Sociro.

In Ceilano insula per annos multos Christo militans multos ad eius fidem adduxit. pedes itinera ingentia exantlauit. Magnum in illo fuit orandi studium; incredibilis amor arctissimæ paupertatis. Opinio sanctimonix de illo tam erat peruulgata, vt sinè illo in barbaros mouere Lusitani nollent: dicerentque; Deum ab eo exoratum dare victorias. Siten-

*Lusitan^o.
in Ceilano.
incerto
mense.
1637.
ætat. 61.
Soc 45.*

Oratio.

*Oratio.**Fides.*

ti exercitui aliquando, veluti
 ti nouus Moyſes fuit, quan-
 do fuſis ad Deum precibus
 rupem baculo percuffit, &
 aquam affluētiffimè inde eli-
 cuit. Captus à victoribus
 barbaris, viuus ad eorum
 ducem adductus eſt. At il-
 le indignatus eſt, quòd eum
 non trucidaffent qui fuorum
 Pagodum (idolorum) hostis
 eſſet tam acerbus, tamque
 infeſtus, ac noxius. Eo ve-
 luti ſigno necis dato, adactis
 in eius pectus haſtis, cùm in
 genua prolaberetur atque
 oraret, perfoſſus eſt, & ex-
 tinctus.

P. Bernardus Nugueira.

*Aethiops .
 in Regno
 Goiana.
 menſe, ac
 die incer-
 to.
 1653.*

Lufitano Patre viro nobili
 Fremong in Æthiopia natus,
 ab Emmanuele Almeida no-
 ſtro diuinis literis egregiè
 imbutus, Alphoñſi Mendez

Pa.